

6336 Mediolani in S. Ambrosii.

M
T IN PACE
QVI VIX

Mazzuchelli n. 72.

6337 Mediolani in S. Ambrosii.

T I S E O
R V N
ENDIS · I

Mazzuchelli n. 73.

6338 Mediolani in S. Ambrosii.

V I O R I E V L
V I C X E T I N S E
M V S A N N X I

Mazzuchelli n. 74.

6339 Mediolani in S. Ambrosii.

H O R V M
I T R A V O

Mazzuchelli n. 75.

6340 Mediolani in S. Ambrosii.

I N S E C
I I I K · A P R

Mazzuchelli n. 76.

6341 Mediolani in S. Ambrosii.

N I S I I I
S V I I I D I E S
O S E N E V L
R
A E

Mazzuchelli n. 77.

6342 Mediolani in S. Ambrosii.

T E R
P M
S P

Mazzuchelli n. 78.

6343 Mediolani rep. 1869 in moenibus antiquis.

M
A R E N T I
O N V M E

Descripti. Ed. Ceruti *mura Milanese* p. 20.

6343a Mediolani ex Archintiano museo venit in Breram.

N A L F
D A I

Descripti; aetatis christianae visa est.

6343b Mediolani in S. Celsi.

..... V E N I S C L A R V S

Bourquelot *mém. de la soc. des antiquaires de France* 27 (1864) p. 72 vidit epigrammatis metrici reliquias sic incipientes.LXVIII. LAVS POMPEIA (*Lodi vecchio*). Tribu Pupinia.

I. CYRIACUS quae descripsit Laude, supersunt in commentariis editis p. 52. 53. Praeterea Barth. Ravarello in epistula (cod. Tarvis. f. 185) scripta Mediolani VIII kl. Ian. [a. 1442] duo epigrammata ex Laudensibus mittit, rogans ut ea ostendat Eugenio optimo maximoque pontifici. Tam haec quam reliqua redeunt apud compilatores Cyriaci plerosque, quamquam alii alia receperunt et alii seorsum proponunt Laudensia, ut Felicianus Marcanova Ferrarinus, alii Laudensibus locum dederunt inter Mediolanensia, quod cadit in Parmensem, Redianum, Chigianum, Alciatinum Cyriaci codicem.

II. FELICIANUS et qui ab eo pendent MARCANOVA et FERRARINUS duo epigrammata Laudensia proponunt n. 6371. 6372, quae non leguntur inter Cyriacana certa; utrum nihilominus ab eo profiscantur an alius quispiam ea adiecerit, non liquet.

III. IUCUNDI Laudensia bipertita sunt: quinque posteriora tracta sunt ex Feliciano vel compilatore aliquo Feliciani; quattuor priora ab antiquioribus absunt, adsunt apud Bononium (c. VI), a quo Iucundus haec videtur accepisse; nam exempla vel in interpolationibus conveniunt (v. n. 6350) et cum Bononio constet copiam fuisse Iucundianorum, probabile est etiam ex suis eum quaedam cum amico communicavisse. Unum tamen ex his epigrammatis n. 6351 legitur in Bononii codice non eius manu, sed postea demum adscriptum. — ALCIATI Laudensia, qualia integra leguntur in codice Feae f. 54 (excerpta adsunt in sylloges Mediolanensis auctario cod. Dresd. l. 2 f. 84—88), et lectione et ipso ordine plane respondent Iucundianis, sed addunt in fine duo epigrammata et ipsa petita ex sylloge Feliciani similive saec. XV.

IV. SANUTUS etsi fortasse Laudensia quaedam traxit ex vulgaribus Cyriacanis, certe pleraque proponit ex ipsis saxis versibus non divis, praeterea satis recte excepta.

V. BENEDICTI IOVII syllogae Comensi plerumque, ut monuimus ubi de ea egimus p. 563, adduntur f. 75—78 tituli Laudenses quattuor n. 6358. 6363. 6371. 6372 optime descripti sive ab Iovio ipso sive ab alio eius aetatis erudito.

VI. IOHANNES BONONIUS LAUDENSIS c. 1493. — Michaelis Fabricii Ferrarini libro autographo, qui hodie est Traiectinae bibliothecae n. 57, epigrammata aliaque quaedam adscripsit cum in tegumento interiore tum in foliis antea vacuis relictis 114. 115. 128—138 manus altera plane diversa, quam fuisse Iohannis Bononii patefacit epistula ex Traiectino libro iam excisa, sed servata in exemplo eius olim Manutiano hodie Vaticano 5243 f. 128, data ad eum qui tum librum illum possidebat Fabricium Placentinum auctoris opinor consanguineum: *'Hortatus est me libellus hic tuus, Reverendiss. Fabrici antistes Placentine, ut meo chirographo nonnulla epigrammata subnecterem, quae, dum Neapolitanum regnum peragrarem scriba regius et nundum sacris initiatus, summo studio perquisita collegi, adderem et alia quaedam ab exemplaribus diligentium antiquariorum fideliter transcripta. Inter quos primum locum merito sibi vindicat Kiriacus Anconitanus; proximus ab eo Iocundus Veronensis. Quorum uterque ea cura ita occupatus esse voluit, ut omnia illi postposuisse sit visum. Tu studiosissimus antiquitatis assertor cum ea legeris, scio maximam capies voluptatem, nec tibi memoria excidet Ioannes Bononius coenobii divi Bassiani Laudensis commendatarius, qui iam pridem totus est tuus. Laudae anno a partu virginis MCCCCLXXXVIII kal. Martii'*. — Ab eodem Bononio scriptum esse librum Vaticanum Ottobonianum 2967 eum ipsum, ex quo Mehus Kyriaci Anconitani itinerarium Florentiae a. 1742 edidit quique a Muratorio saepe citatur nomine schedarum Cyriaci Stoschianarum (v. Rossi *le antiche raccolte* p. 19), cum litterarum forma me docuit eadem plane atque additamentorum libri Traiectini propria admodum et plane singularis tum titulorum utriusque libri inter se comparatio instituta. Codicem saec. XVI possedis Octavianum Vignatium Laudensem (cf.